



**D. DIONYSII // A RICKEL CARTHVSIANI, // de perfecto
mundi contemptu, // ut pius ita utilissimus heptalo- // gus**

Dionysius <der Kartäuser>

Coloniae, Nov. 1530

Sapphicvm Sebastiani Brant. II. Doctoris de laude ordinis Carthusiani.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55472)

SAPPHICVM SEBASTIA-

ni Brant. II. Doctoris de laude or-
dinis Carthusiani.

Spiritus sancti mihi gratiam da
Summe cælorum moderator o rex,
Ordinis laudes valeam sonare
Ecquis ad vitam leuius beatam: Carthusiani.
Quisue secure, citiusve tendit?
Tutius quis nam sua fata anhelat
Bruno tu felix merito fereris: Carthusiano?
Qui viam latam fugiens sinistra:
Arripis dextram: prior atq; factus
Abdito quærens socijs receptis Carthusianus.
Ut loco degas: eremum legebas:
Hortus insignis duce te rigatur
Spernis hæc mundi, bona q̄ putantur: Carthusian?
Præteris cleri tumidos honores:
Quos queas plures habuisse: factus
Tu sacri iuris fueras peritus: Carthusianus.
Paginæ sanctæ docilis magister:
Charus & multis: nihili ista pendis
Inter amfractus, dubiasq; mundi Carthusianus
Semitas: arctam peregre capescis
Et viam certam propere insequutus.
Addo q; papam variasq; pompas Carthusianus.
Curtæ temens: Calabros adisti,
Hos doces normam, struiturque turris.
Nullus obstabat labor, aut grauamen Carthusiana.
Quo minus semen iaceret salutis,
Corda fecundans: bonus iste miles
Bruno tum demum venerande claudis Carthusianus,
Vltimam vitæ, peragisque metam:
Pace transmigrans superas ad aulas
Regulam linquis satis eminentem Carthusianus.
Patribus multis placidam sacratis.
Pontifex summus probat & decorat
Arce nec celsa potuit latere Carthusianos,
Ciuitas, lumen modio regi nec:
Crescit, & passim procul auctus ordo

DE LAV. VITAE CARTH.

Nō rigor quondā Scythiæ, aut Canopi Carthusianus.

Accolis maior, Nitriæ uè montis:

Quam seruent casti modo, sobriiq;

Terminos certos statuunt peculi: Carthusiani.

Cura non auri grauat hos maligni:

Nam sciunt paucis satis esse paucum

Hactenus nunq̄ fluuiò perhenni Carthusiani.

Deserit fontis veteris saporem,

Degener nunq̄ fuit ordo visus

Vos odor Christi bonus: aggregatus Carthusianus.

Ex cœnobitis & anachoretis

Plane baptistam tamen æmulantes

Mundus haud dignus fuit vt teneret: Carthusiani.

Abditos cellis eremum colentes,

Pellibus cinctos capreis, melotis,

Lugeant quis spacio momenti, Carthusianos.

Et licet semen iaciant gementes:

Attamen læti veniunt manipulis

Indyctos fructus parit & suaues Carthusiani.

Arbor, hanc vitem probat hortulanus:

Palmites quę fert viridantis vuae,

Sabbata & tœdus domini tenetis: Carthusiana.

Estis eunuchi domini volentes,

In domo vobis locus est herili.

Vnicus tecti tugurique custos: Carthusiani.

Peruigil passer, meditans columba,

Et pelicanus, eremi colonus

Turtur o Christi speciose, mœrens Carthusianus.

Tu gemis sponso viduate charo,

Fronde non curas viridi cubare

Respuis quicquid iubeat voluptas: Carthusiane.

Balneum vitas, teneros amictus:

Carnibus vesci tugis, abstinendo:

Ipsè non quæris hominum diem: nec Carthusiane.

Arrogas laudes populi caducas:

Gloriæ spernis stimulos inanes

Vnius flocci patriam, parentes, Carthusiane.

Liberos, fratres, facit & sorores:

DE LAVDE VITAE CARTH.

Atq; fortunæ bona cuncta temnit
Seculi sordes fugit & prophanat. Carthusianus.
Et suam vitam: nihil ista curat,
Dulce nil Christo sine, nil amœnum
Qui iugum lætus teneris ab annis. Carthusiano.
Pertulit, solus sedet & tacebit:
Se super gaudet fore se leuatum
Veste procedit cito nuptiali. Carthusianus.
Obutam sponso manibus nitentes
Lampades gestans, oleo decoras
Excubat, longas meditatatur horas, Carthusianus.
Grastinæ nullus labor est diei,
Quiducè manducet, bibat, aut fruatur
Insuper carnem violant domando. Carthusianus.
Incolunt cellas, vigilant, precantur,
Abstinent, corpus macerant flagellis
Vnius iussum tolerant prioris. Carthusiani,
Quicquid mandat, peragunt volentes,
Præcipit si quid grauius, facescunt
Rarior casus, facile inde surgunt, Carthusiani
Paruulos petrae properè atterendo:
Baltheo lumbos, veneremque stringunt
Id quod elongas facit hos subire. Carthusiani,
Claustra deserti fugiunt, manentes:
Milites Christi lachrymis vacando
Sint licet plures populo serentes. Carthusiani.
Pabulum: pauci faciunt sed eheu
Quæ docent: solus opere ista mōstrat
Recte felicem, penitus beatum. Carthusianus
Teque perfectum, sine labe, dicam:
Iam Vale nostri memor ordo sancte
Carthusiane.

Alanus de Ru. in cōmendationē ordinis
Carthusi. inter cætera hæc inquit:

Tu, o religio Carthusi a tempore primæ natiuitatis
tuæ, nunquam maculam in gloriam tuam, per defor-
mationem nosceris dedisse. Tu integrum vetus & no-
uum testam. singulis annis, per ordinem auribus filio-
rum tuorum dulciter inculcare nō cessas. &c.